

interpretatione, qua est facienda ex juris regulis, & principiis, & ex verosimilibus conjecturis, & ex actis, & deductis in judicio, & processu, tunc talis interpretatione successor, & cuilibet judici committitur, & jure permititur. Ita distinguunt Bar. in l. inter stipulantem, §. Stichum, & ibi Imaol. versic. item predicta procedunt & vers. idem addit., & ibi Alexand. in vers. in gloss. in verbo, actori, & ibi Iff. vers. item per predicta ff de verb. obligat. Angel. in l. ab executore, versic. ideo autem, & ibi i mol. versic. ulterius justa predicta, ff. de appell. Alex. in l. ex facto versic. item addo ff. de vulg. & pupil. Nicel. in concord gloss. concord. 28. & 323. Barba. in conf. 83. versic. tertio respondeo, vol. 3. Marian. in cap. fin. versic. & sicut actior. de libel. oblatio. Felin. in cap. qualiter & quando, versic. sed adverte diligenter, col. 14. & col. 15. de accusat. & in cap. cum venissent, vers. potestas interpretandi de justicis. Rebuff. in repet. l. quod jussit, in 2. nota, n. 165. ff. de re judic. Anton. Gabriel. commun. conclus. lib. 7. ist. de regul. jur. concl. 3. n. 85. & supra & per B. ubi supra, & int. terminato, C. de fruct. & lictum expens. & alios, tenet Aviles in cap. prator. in proemio. ordonancas, a n. 19, ubi latè refert Doctores utriusque partis, & de ha distincione ibi vers. sed hoc non obstante, opinio B. &c.

Et loquendo in delegato subrogato loco alterius delegati mortui, aut impediti, post alios probat Mar quel. tract. de comm. 1. part. cap. 3. sub num. 43. dum dicit, quod cum subrogatus ad antecessoria instar habeatur, si sententia nom consistit in mera voluntate declarantis, sed in verosimilibus & conjecturis ex actis, & probationibus in causa factis, ex quibus quid primus judex senserit, appetit: poterit tunc successor in commissionem sententiam antecessoris declarare, quamvis alterius successor antecessoris sententiam declarare nequeat, &c. & quod judex successor voluntatem praecessoris possit ex verosimilibus conjecturis, & quando est congrua interpretatione, seu declaratio, declarare, latissime plurimos congerit Mier. tractatu de majora. 1. part. q. 44. n. 94. & 95. & iterum latius a n. 99. cum seqq. de qua interpretatione latius postmodum agendum est.

10 Hinc est, ut expensas, quas sibi taxandas, & declarandas in sententia reservavit judex, poterit successor declarare, & taxare, B. in l. ab executore, vers. quaro virum ff de appell. & post alios B. de Paz in l. Tauri, sub n. 427. Petrus de Ferrara in prax. in forma libell. in action. reali, verbo, expensa presentis cause, n. 16. & seqq. Avil. ubi proximi n. 21. quod etiam intelligit, etiam si judex praecessor reservavit sibi taxationem expensarum expresso nomine proprio, ut tenet etiam B. in d. l. ab executore singulariter. Abb. in d. cap. 1. de iis quae vi metuca causa, n. 8. Lanfr. in repet. cap. quoniam contra. de prob. 12. part. expensa, n. 13. reddentes rationem quod materia non potest concernere personam, sed dignitatem, jurisdictionem & tribunal.

11 Et quod executor, cui exequendo sententiam committitur, possit facere hujusmodi declarationem interpretativam (licet Doctores in specie hanc difficultatem non trahent) probatur ex optimo text. in l. ab execut. 4. cuius sunt verba ab executore sententia appellare non licet, sed ab eo, qui male sententiam interpretari dicunt, appellare licet, &c. ff. de appellat. & ita illum text. intelligent in executore, gloss. in l. ab executione, 12 C. quorum appellat non recipi, verbo, excedat, & optimis gloss. in cap. quoad consultationem de sentent. & re jud. que inter modos, quibus excedere dicitur executor, formam mandati, hanc malæ interpretationis sententiae numerat. Ita etiam illam pariter intelligent, & clarè Petrus de Ferrara in sua pract. in forma exec. sententia diff. in verbo, publico, n. 11. vers. pone quod talis executor, fol. mibi. 283. in post. impressione, & per Petr. Jacobi, in rubrica de action. in factum ex re ius. ic. §.

modus an em executionis, col. 4. in supra praxi, & post alios ita intelligit Rebuff. in constit. Gall. tom. 1. tit. de sententiar. execut. art. 7. gloss. 13. n. 8. & idem licet promiscue, & aliquatenus confusè, Scacia de appell. 9. 7. lim. 10. n. 52.

Nec huic obstant verba dicta l. ab executore, quæ sequuntur, ibi, si tamen is potestatem interpretandi habuit, velut præses provinciæ, aut procurator Cæsar. &c. que videntur reduci ad judicem ordinarium interpretantem; cui multipliciter respondetur, quod cum lex à princip. loquatur de executore, de eo debet intelligi, qui executor, ejusque potestas regulatur à potestate sui superioris cum mandatis, & quod executionem coequalis sit potestas, & unâmet jurisdicçio, cum illum representet l. 1. §. qui mandatum, ff. de off. ejus cui man. est jur. benè B. in d. l. ab executore, n. 11. Petrus de Ferrara in prax. in form. libell. in actio. reali, verb. & expens. sub numero 17. & quod potestas delegati reguletur à potestate delegantis, latè diximus supra hac 4. part. cap. 6. per totum, & cum non omnes judices ordinarii possint suam sententiam interpretari, ut per gloss. B. & Doctores in d. l. ab executore, ideo addit. text. illa verba predicta, ac si dixisset, dummodo missus sit executor ab eo, qui potestatem habet interpretandi, &c. hoc est à Præfide Provinciæ, quia tunc velut ipse habet potestatem, hoc est, ac si ipse fuisset (ut dictum est.) Hanc interpretationem sequitur etiam glos. in l. s. ut proponis, verbo, executor, Cod. de executione rei judic. maximè, quia executor mixtus (de quo hucusque semper loquor, non de mero) recipit merum imperium, prout est communicare, ut post alios latè Navarr. in repet. cap. cum contingat, corolla. 6. versic. sexto infertur, & in 4. nullitatis causa, per totam.

Et insuper, quia d. l. ab executore, loquitur de executore, & executor dicitur non qui ordinaria potestate, sed delegata, aliquid exequitur, l. ut si proponis, & ibi gloss. verbo, executor, & hæc est juris, & universi vulgi significatio, ut non ordinarius, sed delegatus ad exequendum dicatur, & ita secundum vulgarem modum loquendi d. l. ab execut. intelligenda est l. cum de laminis, §. asinam, ff. de fundo instruct. l. 1. de flami. optim. text. in l. Labeo, & ibi notat B. ff. de supel. leg. l. liber. §. quod autem Cassius ff. de leg. 3. & ibi B. text. juncta gloss. in c. unico, de injuriis lib. 6. text. in cap. unico, §. porro, de statu reg. eod. l. c. ex literis 1. & ibi Doctores de spons. text. in cap. majores. circa medium, de baptism. latissime multa congerit Everar. in loc. lega loco 7. dicens post alios quod interpretatione legis, & cujuscumque dispositionis, etiam divinæ, communis usus loquendi prævalere propriæ significacioni.

Et facit, quia cum glossæ & Doctores, superius citatidicant, admittandam esse appellationem ab executore, perperam interpretante sententiam, quia excedit, intelligi debent de delegato, & non ordinario, si creditur Parlad. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 2. p. §. 3. n. 9. dicens expressum cadere in delegato, non in ordinario, de quo vide quæ late diximus hac 4. part. cap. 3. a n. 10. & quod executor, cui exequenda sententia committitur, possit facere declarationem interpretativam, ex sequentibus clatè apparebit.

Pro cuius rei majori declaratione brevissime est 20 sciendum, interpretationem generaliter sumptam, in quinque species posse distingui, nempe, alia est interpretatione declarativa, alia intellectiva, alia correctiva, alia extensiva, alia restrictiva, de quorum singula natura, & effectu latè prosequitur Mantica in tractatu de ambig. convent. lib. 1. tit. 16. per tot. Joan. Petrus Ferrarien. in sua praxi, in forma executionem sententia diffini. verb. publico nuntio, n. 12. fol. mibi. 284. in noviori impressione, interpretationem ad tres dumtaxat species reducit, nempe correctivam, extensivam, & verbis orationis

Pars V.

orationis congruan expositionem, & declarationem, Quam divisionem in proposito eriam sequitur post alios Aviles in cap. prætor. in proemio sub n. 19. & has 22 eriam adhuc ad duo tantum reduc capita Everar. in locis leg. in loco 35. à ratione legis larga, ampla, &c. versic. uno modo propriè, dicens quod iste terminus (interpretatio) sumitur duobus modis, uno modo propriè secundum ejus propriam significationem, & tunc interpretatio idem est, quod congrua verbi, veloratioonis declaratio, seu expositio; alia verò modo capitulare, pro interpretatione correctiva, restrictiva, seu extensiva, qui omnes in probationem aliqua adducunt videnda, quæ omitto.

23 Hoc supposito, dicunt Ferrar. & Avil. ubi proximè, post alios Doctores, quod interpretationem correctivam alius quam Princeps facere non potest, extensis 24 vam autem non potest facere judex, nisi eodem die circa accelforia, ut expensas, & similiter, & tunc eodem die non aliter, iuxta l. Paul. ff. de re jud.

25 Interpretationem autem propriè sumptam, & secundum ejus veram significationem, quæ versatur & est congrua verbi, & orationis declaratio, & expostio, quemlibet posse judicem facete, probant predicti Doctores, & quod executor mixtus, cui rerum judicatarum executio committitur, possit facere hujusmodi declarationem interpretativam, non alteranter, condemnationem præcedentem sententia universalis, & generalis, tenent in terminis optima Rotæ decisio 100. ex novem part. 1. divers. mirabiliter Gratian. in discept. forens. tom. 1. c. 333. per totum à princ. Sigismund. Scac. tract. de appell. que l. 17. lim. 10. n. 5. & alii, quos longa manu congeffimus, ubi de materia supra hac 4. part. c. 10. de liquidatione n. 7. & seq. vers. quo ita

26 cognito, & à princ. reddentes rationem, quia non facit executor hoc casu novum aliquod gravamen, cui convenit quod dicit Cardin. in clement. fin. in princ. q. 5. in fin. vers. regulariter tamen de libel. obligat. & in cap. qualiter & quando, vers. addit. etiam hic de accus. & in cap. pastoralis versiculo declarari potest. de except. & in cap. super quod offic. deleg. Ruin. consl. 189. versic. quinto predicta confirmantur, volum. 1. Rebus. in l. quod jussit 2. nota n. 164. & num. 158. de re jud. Petrus Surd. late decisione 2. per tot. Gratian. disceptat forens. tom. 1. cap. 147. n. 2. Anton. Gabriel. commun. conclus. lib. 6. tit. de regul. jur. concl. 3. num. 6. qui n. 8. declarat, quando actus, qui declaratur, erat validus secus si fuiserit nullus.

27 Et isthæ declaratio interpretativa debet esse congrua, & tunc talis dicetur, quando verba eam patiuntur, & convenient, secundum propriam significationem. Alexand. in l. divort. versic. & primò quia, ff. solut. matrim. Socin. in l. postquam lit. in l. noa. C. de patis, sentit Bald. in l. nota 4. C. de legib. B. in l. 1. de impub. & aliis. Iff. in l. quamvis num. 1. eodem tit. Bald. in l. 1. eodem tit. Petr. Ferrarien. in practicar. in forma executionis sententia diffi. §. publico nuntio sub n. 12. Mantica in tract. de contract. d. 1. lib. 1. tit. 16. n. 10. qui num. seq. 35 inquit, quod certitudine verborum declarat certitudinem in intellectu, post Baldum & Cravet. consl. 4. n. 21. ac verba præcisæ significacionis non posse recipere aliam interpretationem B. in l. 3. n. 2. C. de communicatio. vel epistol. tametsi rationabiliter possint extendi, & restringi intra limites tamen significacionis. Bart. post gloss. in l. stipulatus sum in princ. & Iff. num. 3. & 4. de verbor. obligation. idem scribit Iff. in l. liber homo in princ. num. 2. eodem titulo, non omitti populi, ff. de inf. & jur. in 2. lectur. vers. ff. in omnes tamen. Purpur. in l. edit. & recipitur hujusmodi declarat. C. de edendo.

28 Et dicitur declaratio interpretativa illa, quæ addit 39 qualitatē demonstrat, non autem quæ alterat subjectum. Bal. in l. heredes palam d. §. & si notam. versicolo 3. nota. & ibi. Imol. in §. si quis post versicolo. Salgado de Protect. Reg.

Cap. XII.

verst. & pro ipsa fallentia, de accusat. & in cap. non potest. versic. fa. et gloss. singularis de re jud. Decius in l. edita n. 47. Cod. de edendo, & in l. 1. Cod. de impuber. Hippolyt. de Marsili. in l. §. si quis ultra, vers. ulterius scies, ff. de q. Purpur. in l. 1. n. 38. ff. si cert. pet. Rebuff. in l. quod jussit in 2. nota. n. 145. ff. de re jud. Brunus in tract. de for. in tit. quas res personas, & quor casus, &c. vers. ubi autem trahemus, & vers. & interdum dispositio. Anton. Gabriel. commun. concl. tit. de regul. jur. concl. 3. à num. 1. qui etiam à n. 9. assit, quod declaratio inest 30 actui declaratio, ac ideo quod declaratio retrotrahitur ad tempus principalis dispositionis quæ declaratur, qui in probationem multos adducit Doctores, & doctrinas videndas. Mant. in tract. de contract. lib. 1. tit. 16. n. 7. tom. 1. & declaratio adeo inhæret dispositio, ut censeatur emanasse cum illa eodem tempore, Petrus Surd. decisio 21. per totam. Gratian. disceptat. 31 forens. tom. 1. cap. 147. n. 2.

Et ex hoc fonte fluit, quod ille, qui post aliquem 33 terminum non potest aliquid facere, potest tamen factum declarare. Bald. in d. 8. sed si notam. vers. item est argumentum & in l. tres denuntiationes in fin. C. quomo do & quando index, & in l. 1. §. hujus studii, vers. & est argumentum. ff. de justitia & jur. Domini. in proemio 6. de crael. in fin. prin. versicolo & non optimum text. & in cap. cognoscamus in fin. vers. & nota incidenter 34. d. Archidiac. in cap. 1. vers. eadem gloss. 13. q. 1. Joan. Andr. in addit. ad Speculat. in titulo de testib. §. nunc viden dum vers. hoc etiam nota. & in reg. in generalis vers. ultimò queritur de regul. jur. in 6. Aret. in l. edita versic. circa primum conclud. Cod. de edendo. Salicet. in l. qui fun. versic. & faciunt predicta, ff. de contrahend. empt. Barba. consl. 18. versicolo ecce nunc, volum. Anton. de Bu. in cap. licet causam vers. ex iis decitur de probat. Afflit. in constitut super rubricam de except. dilut. n. 7. Felin. in cap. 1. versic. item fallentia de libel. obligat. & in cap. qualiter & quando, vers. addit. etiam hic de accus. & in cap. pastoralis versiculo declarari potest. de except. & in cap. super quod offic. deleg. Ruin. consl. 189. versic. quinto predicta confirmantur, volum. 1. Rebus. in l. quod jussit 2. nota n. 164. & num. 158. de re jud. Petrus Surd. late decisione 2. per tot. Gratian. disceptat forens. tom. 1. cap. 147. n. 2. Anton. Gabriel. commun. conclus. lib. 6. tit. de regul. jur. concl. 3. num. 6. qui n. 8. declarat, quando actus, qui declaratur, erat validus secus si fuiserit nullus.

Et isthæ declaratio interpretativa debet esse congrua, & tunc talis dicetur, quando verba eam patiuntur, & convenient, secundum propriam significationem. Alexandria. in l. divort. versic. & primò quia, ff. solut. matrim. Socin. in l. postquam lit. in l. noa. C. de patis, sentit Bald. in l. nota 4. C. de legib. B. in l. 1. de impub. & aliis. Iff. in l. quamvis num. 1. eodem tit. Bald. in l. 1. eodem tit. Petr. Ferrarien. in practicar. in forma executionis sententia diffi. §. publico nuntio sub n. 12. Mantica in tract. de contract. d. 1. lib. 1. tit. 16. n. 10. qui num. seq. 35 inquit, quod certitudine verborum declarat certitudinem in intellectu, post Baldum & Cravet. consl. 4. n. 21. ac verba præcisæ significacionis non posse recipere aliam interpretationem B. in l. 3. n. 2. C. de communicatio. vel epistol. tametsi rationabiliter possint extendi, & restringi intra limites tamen significacionis. Bart. post gloss. in l. stipulatus sum in princ. & Iff. num. 3. & 4. de verbor. obligation. idem scribit Iff. in l. liber homo in princ. num. 2. eodem titulo, non omitti populi, ff. de inf. & jur. in 2. lectur. vers. ff. in omnes tamen. Purpur. in l. edit. & recipitur hujusmodi declarat. C. de edendo.

Et dicitur declaratio interpretativa illa, quæ addit 39 qualitatē demonstrat, non autem quæ alterat subjectum. Bal. in l. heredes palam d. §. & si notam. versicolo 3. nota. & ibi. Imol. in §. si quis post versicolo. Salgado de Protect. Reg.

item nota & ibi Aret. in 4. nota. Ant. Gabriel. commun. conclus. lib. 3. tit. regul. jur. conclus. 3. num. 47. & 48. & conductus quod ipse dicit ibi num. 61. quod hac declaratio interpretativa sustinetur, quod non circa circumspectias, secus autem quando fieret circa substantiam actus, post Angel. in d. s. si quis post si versiculo vel dic quia immo, & ibi Paul. Castr. vers. nota ex prima parte, & ibi Cuman. notab. 1. ff. de testam. & clarius dixit Anani. consil. 84. vers. & propterea licet. Petrus de Anchate. consil. 1. 7. vers. non obstat, cap. novit. lib. in l. Lucius versiculo tu ergo ultra ff. de vulgar. & in l. in testam. vers. 3. in contrarium C. de testam. milit. & consil. 46. vers. tertio respondet, vol. 3. Decius in l. 1. vers. & ad propositum nostrum, in l. editio, n. 49. C. de edendo. Roma. consil. 45. per totum. Bald. consil. 94. sententia primo loco, lib. 4. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 7. liter S. conclusione 123. n. 4. 41. & n. 6. qui in proposito bene loquitur, qui omnes novum actum & novum gravamen vocant hoc interpretationis genus, exemplum reddens Tuschus post alios, quando pura sententiae vult executor conditionem addere, quia cum interpretatione declarativa, ut raliter sit, non debet augere, nec minuere substantiam sententiae, nec eam alterare ultra idem, quod sub verbis dubiis, aut juris intellectu continetur.

42. Quia doctrina optimè declaratur ex decisione Rotae 100. ex novem part. 1. divers. Gratian. discepta. foren. tom. 1. cap. 333. Scacia de appell. quest. 17. limit. 10. n. 55. & alii adducti hoc lib. 5. cap. 10. post princ. a. n. 10. & supra, plurima, ne dicam infinita, exempla hujus declarationis interpretativa facta per excutorem, secundum naturam, & significationem verborum, & circa alia usque ad refectionem, invenies in omnibus capitibus precedentibus, praecipue cap. 9. & 10. i. 1. quæ videre poteris, quoniam ego non repeto. Et hanc declarationem interpretativam circa dubia sententiae, quæ exequenda committitur tribunalum superiorum executorum, quotidie facere videmus absque excessu reatu, assententesque super illis dubiis declarant, & urget ratio, nam omnia censentur sibi commissa, quæ ad expeditionem, & executionem sunt necessaria, 43. & cum principale committitur, cur non videtur commissa hæc declaratio interpretativa, quemadmodum videmus in fortiori casu, prout est in hæreda, in quem non transire facultatem declarandi, diximus supra ad prin. & tamen quando facultas declarandi venit accessoriæ ad contractum, qui ad hæredem transit; tunc si cuti transit contractus, transit, etiam facultas delaramdi. Ita Abbas, consil. 80. vers. circa secundum vol. 2. & pro limitatione ita scriptus Anton. Gabriel. commun. conclus. lib. 6. tit. de regul. jur. conclus. 3. n. 79. & sic dicendum venit, ut à iusta & legitima interpretatione facta per excutorem secundum ea, quæ dicta sunt, appellationi emissâ non esse deferendum, tanquam nec ab ipsa executione, cui declaratio interpretativa inest, ut in terminis docet d. Rotæ decisio 100. Gratian & Scacia ubi proximè, & nos latè in d. cap. 10. circa liquidationem à num. 10. & supra, ubi latè & expressè probatur à contrario sentiu in d. l. ab excutore, ff. de appellat. & doctoribus confessum citandis.

44. Interpretationem autem extraeam, & remotam à sensu & significatione verborum, tanquam incongruam & minimè verbis sententiae ruci, de qua agitur convenientem, facere excutorem non patitur, Angel. in l. s. quis intentione ambigua, ff. de judiciis, vers. ult. scias. B. in d. l. ad excutore, vers. ite si verba, col. 2. Feli. in cap. qualiter & quando vers. secundo limita, & ideo Rebuff. in comment. tom. 1. tit. de sentent. execut. articul. 7. gloss. 14. n. 8. optim. Rotæ decisio 100. ex novem part. 1. divers. per totam. Gratian. in discrp. forens. tom. 1. cap. 333. per torum, & hujus doctrina reddit varia exempla Ferratiens. quando sententia scilicet loquitur quis in rem. column. n. ultim. vers. ultim. scias. ff. de jud.

de ducatis, cùm debat intelligi de florenis monetae currentis, in quo insitit condemnatus. Rebuff. autem exemplificat in condemnato ad decem libras, & executor interpretatur de Parisiensibus, Sigismund. Scac. fingit casum in eo, qui Tholosa fuit condemnatus ad solvendum decem aureos, & executor interpretatur de aureis Solis, quia est mala interpretatio, cùm de consuetudine intelligatur de aureis parvis astimatis solidis Turonenibus, cum dimidio, &c. aliis & similibus modis exemplificat B. in dict. 1. ab executatione sub n. 6. & fab. n. 15. C. quorū appellations non recip. & similiter potest ponit casus in eo, qui fuit condemnatus ad beneficium restitutioinem, & executor interpretatur in distributionibus quotidianis, oblationibus, & aliis obventionibus incertis. Item in condonato ad fructus perceptos, & interpretatur executor ad fructus, qui percipi potuerunt, item in condemnato in expensis executor interpretatur etiam de personalibus expensis, vel quando isto casu voluerit etiam declarare, & intelligere damnationem, & alia exempla, de quibus latè suprà hac 4. part. c. 30. vers. & hujus doctrina n. 37. cum seqq. & infinita invenies in discursu totius hujus tertie partis per singula capita.

58. Quemadmodum autem interpretationis iniurias detegatur, & probetur, nunc tractemus, generaliter ex actis gestis omnem excessum per excutorem illuminatum, esse probandum, latè probavitum suprà hac 4. part. c. 3. à n. 163. ubi vide, & in specie individualiter ita probandum esse iniuriam executoris interpretantis, scilicet ex circumstantiis, hoc est, ex his quæ acta sunt in principali causa, rei natura, & qualitate attenta, docet B. in l. ab excutore n. 15. vers. venio ad tertiam partem, quem referens eriamo sequitur Petr. Joan. Ferrarien. in pract. tit. de form. executio sentent. diffinit. versicolo publico nuntio sub n. 14. versio. diceret aliquis qualiter tegetur in hac appellatione iniurias interpretantis, &c. fol. 284 in novioribus, plura reddentes exempla iis in locis.

59. Quod corroboratur ex eo quod suprà diximus ad princ. hujus capit. versiculo aut agimus & loquimur, &c. n. 8. post Bart. Imol. Alex. Ang. Barba. Nicell. Felin. Rebuff. in l. quod jussit 2. nota n. 165. ff. de re jud. Anton. Gabriel. com. consil. 1. 6. de reg. jur. conclusio 3. n. 85. Aviles in cap. prator. verbo, ordonancias in procœlio à n. 19. Marquel. de commiss. 1. part. c. 3. sub n. 43. & alios ibi citatos, quod illa tantum permititur executori interpretatio, quæ facienda est ex verisimilibus conjecturis, ex actis & deductis in processu, juris regulis, dispositione, & interpretatione attentis, ac infuper verborum significacione, & rei natura ex supra dictis.

60. Juris enim interpretatio tantum valet, quantum propria verborum significatio; quod enim per legis interpretationem, ex verbis, vel ratione concipi potest, perinde habetur, ac si esset expressum, l. nominis & rei, s. verbum ex legib. ff. verbo. signif. l. scire oportet. s. aliud, ff. de except. titor. leg. non dubium C. de leg. Bald. in l. 3. s. quid si, de negotiis gestis, & in l. eos in princ. n. 16. C. de appell. Manc. in tract. de contractib. l. 1. tit. 16. n. 12. & hujusmodi interpretatio sub intellectione, juris intellectiva dicitur, non extensiva, Bal. post glossam, in l. quavis, in princ. & in l. ea qua col. pen. vers. 1. quod cor. de condit. indebit. & in l. e. in l. Gallus. s. quid si is nota 4. de liber. & postib. & ibi Aret. n. 1. Curtius senior, consil. 80. n. 2. Iff. in d. l. quamvis n. 6. & 7. & in aub. quas actiones n. 17. & infra, C. de sacrosant. Eccles. & in l. in eum n. 3. & 4. ff. des. in jus vocan. Decius consil. 284. col. 2. vers. cum ista ratio, & consil. 372. n. Rip. in l. fin. n. 143. & seqq. C. de revocand. donat. Alex. consil. 2. n. 15. l. 9. Ang. consil. 321. n. 3. Mant. ubi proxime.

62. Hinc est, quod sententia debet intelligi prout de jure ferri debuerat, debetque reduci ad sensum juris, ac de florenis simpliciter, & executor vult interpretari

de

juxta illud interpretari. Judicis namque sententia talis in dubio esse intelligitur, qualis de jure esse debuit, latè Borgn. Cavalca. decis. 37. n. 53. & decis. 26. n. 74. part. 2. Cæpol. consil. 64. n. 4. tom. 1. Petr. Surdus. decis. 69. n. 8. post B. & decis. 93. n. 26. Seraphin. decis. 984. n. 2. t. 1. quia verba judicis debent intelligi secundum mentem juris. Aymon. Craveta consil. 74. n. 9. l. miles s. judicati, ubi Castrensi. ff. de re jud. B. in l. s. fund. 8. in vendic. vers. nota, ff. de pignoribus. Cæpol. consil. 57. duo fratres, n. 5. in consilii civilibus. Alexand. consil. 46. circa primum, n. 2. l. 5. Castrensi. consil. 270. n. 2. l. 2. Alex. consil. 46. circa princ. col. 1. l. 5. Socin. consil. 134. visa petitione, col. 3. in princ. Menoch. consil. 110. à n. 31. & seqq. Castrensi. consil. 210. visa puncto supra dicto. col. 1. l. 2. Card. Tusch. practicar. conclus. tom. 7. lit. S. concl. 126. n. 8. n. 12. n. 13. 15. 25. & 27. & ideo in sententia veniunt ea, que legis dispositione, aut presumptione in esse dicuntur, Matthæus de Afflict. in decis. 315. Decius in l. jus nostrum ff. de regul. jur. B. & Doctores in l. Jus. ff. de condit. indebit. Curtius senior consil. 274. Castrensi in l. 1. C. si plures sunt à sententia. Soc. consil. 273. col. 3. l. 2. Cuman. consil. 53. Menoch. de arbit. cau. 69. Card. Tusch. in d. concl. 126. n. 113. ubi n. 27. etiam afferit, quod verbæ sententia fuit civiliter intelligenda. Rom. consil. 321. n. 4. Alexan. consil. 2. n. 2. l. 2. & consil. 46. n. 3. l. 5.

1 Ideo sententia debet interpretari, ut non contineat injuriam, quia mens judicis non presumitur velle facere injuriam, & contra juris dispositionem. Bald. consil. 56. factum tale est n. 3. vers. iis præmissis, l. 4. Fulgo. consil. 158. Domina Grabolina n. 1. & 3. Crav. consil. 45. n. 5. Paul. Castr. consil. 270. visa puncto in princ. l. 2. Oldrad. consil. 66. an ex delicto. Socin. consil. 302. col. 4. l. 2. Dec. consil. 282. col. 2. & infra n. 25. & seqq. Socin. consil. 134. visa petitione, col. 3. in princ. 1. Aymon. Crav. consil. 188. Felin. in cap. significaverunt de except. col. 8. vers. demum circa. B. in l. 1. C. de negot. gest. Dec. consil. 43. col. fin. B. consil. 218. col. 1. l. 3. Matelisa sing. 20. Cravet. consil. 186. a n. 14. qui multa congerit in proposito. Imò à contrario interpretatio facienda est, ut sententia justa appareat, cum justa presumatur. Paris. consil. 111. col. 2. l. 1. Anchare. consil. 180. visa col. 2. Aretin. consil. 106. col. penult. in 3. dub. Men. d. consil. 10. n. 6. l. 2. Abb. in cap. ex literis, per illum text. n. 6. de pign. Soc. consil. 2. quoniam plenissimè n. 1. 4. Castrensi. consil. 50. si queritur col. fin. l. 1. & consil. 136. visus col. penult. in fin. l. 1. & debet sumi illa interpretatio, quæ porcius validet sententiam, latè post plurimos. Cardin. Tusch. pract. concl. tom. 7. lit. S. concl. 126. n. 10. & 24.

Pariter etiam sententia dubia interpretatio sumitur ex actis, probationibus, & processu, cum presumatur lata ex causa, quæ ex actis apparet, & in eis fuit adducta, l. 3. de sent. que sine cert. quantitate, Alex. consil. 12. attentis narratis, n. 3. & 4. l. 7. Paris. in cap. adversar. colum. penult. in fin. de except. Zabar. consil. 72. B. in l. Julia. n. 4. de condit. indebit. & in l. ait prator. s. si index ff. de re jud. Corneus consil. 126. per torum lib. 4. Cravet. consil. 13. n. 2. B. in l. si servus plurimum, s. si minor. ff. de leg. 1. ubi latè Alex. glos. in l. si quis ad exhibet. ff. de execut. rei. jud. Iff. consil. 98. accedo. col. fin. l. 1. Corneus consil. 10. col. 3. l. 2. Socin. consil. 181. n. 79. l. 2. Signorol. consil. 103. n. 4. Nata consil. 463. n. 8. Men. consil. 110. n. 48. l. 2. Alex. consil. 182. in causa & lite in princ. l. 6.

Et quod sententia dubia, & obscura declaretur, & interpretetur per acta, quia acta sunt vehiculum ad sententiam, & ideo sententia ex mente actorum aperitur & declaratur, tradunt Bal. & Alex. in l. ex morte ff. ad l. Aquil. Felin. in cap. adversar. tuo, n. 3. vers. cognos. sententia autem ex actis, ubi latè de except. Angel. de malo. verb. ad querel. n. 85. in fin. vers. si vero est lata simplificiter, & ibi August. in addition. n. 88. in fin. vers. cuius opinionem, & ante hos Syn. in l. 1. n. 9. C. quando civilis

Hh 2 actio